



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

40. An Regulares Mendicantes potestatem delegandi habeant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

hac forma delegare non prohibetur. De-  
 lego tibi hanc causam, & ulterius illi, quem  
 tu nominaveris. in hoc enim casu non sub-  
 delegat ille, qui subdelegatus est, sed ipse  
 delegatus, vel Ordinarius, alter tantum  
 nudum ministerium habet nominandi  
 personam; sicuti si Princeps, aut Papa di-  
 cat: Do *Canonicatum illi quem Petrus nomi-  
 naverit*: ille nominatus consequitur Ca-  
 noniatum, aut officium, sed non à Petro,  
 sed immediate à supremo Principe. Fa-  
 tentur etiam pleriq; DD. (licet in contro-  
 versia sit, an possit delegatus inferioris,  
 qui non potest delegari etiam unum arti-  
 culum causæ, quando non est ad univer-  
 sitatem causarum delegatus) posse tamen  
 delegare articulum nō jurisdictionalem,  
 id est in quo subdelegatus non debeat lu-  
 dicem agere, sed executorem sine jurisdic-  
 tione causæ: quando autem talis sit  
 articulus, qui committitur in particulari  
 casu, pendet ex arbitrio virorum pruden-  
 tum. *Vide Sanch: lib. 3. de matr: disp: 22.*

40. Certum est, quod Regulares. v. g.  
 Mendicantes, qui ex Pontificio privilegio  
 absolvere possunt Fideles à peccatis, &

cen-

censuris, & dispensare, vel commutare  
 vota, pro foro conscientiae tantum talem  
 facultatem alteri, ne quidem in casu par-  
 ticulari committere unquam possint: ex  
 communi *Coninck. de Sacram: poen: disp: 8.*  
*n. 24.* cum potestas illa, licet sit ad univer-  
 sitatem causarum, tamen eis non compe-  
 tat quasi ordinaria, ratione alicuius mu-  
 neris, seu officii. *Nihilominus* dici potest  
 probabiliter, quod confessarius ex justa  
 causa v.g. multitudine confitentium pres-  
 sus dicere possit confitenti suo: *Commuto*  
*tibi hoc votum in opera, qua vir ille doctus tibi*  
*designabit, cuius sententiae testare volo:* *Vival-*  
*du* in appendice *Candelabri cap. 14. n.*  
*40.* Simile est, si confessarius virtute cla-  
 vium imperet ea opera satisfactionis pro  
 peccato, quae vir ille iusta esse arbitratus  
 fuerit. Quamvis huiusmodi facultatibus,  
 tanquam in Ecclesia non usitatis rarissimè  
 & non nisi in necessitate urgente uten-  
 dum sit.

41. Ponamus alicui causas meri Impe-  
 rii à Principe delegatas esse: an valeat sub-  
 delegatio? Affirmant nonnulli apud *Me.*  
*de arbitr: jud q. 54.* moti auctoritate *L. 1.*

*C. qua*